

Tractatus

descriptione. et capit dupliciter descriptio. vno modo generali per quicquid ordine quod explicat esse rei per accidentia siue sunt propria siue a propria siue sunt esse extrinsece diffinitur et quod fit diffinitio causalis et sic diffinitur prima sua diffinitione. Alio modo capit solum per illo quod fit ex genere et actu proprio et hoc modo descriptio capit in secunda diffinitione iteo diuertimote dicitur de ipsa iste diffinitiones.

Sciendum tercio quod descriptio facit locum a suba quod dicitur item essentialiter et inuertibiliter cum descripto. et quicquid verificatur de vno et de alio. et etiam de quocumque verificatur de descripto et descriptum et e contra propter conuertibilitatem eorum. Et licet descriptio explicet esse rei per accidentia que comitantur suba rei tamen ipsa accipitur et supponit per eadem essentia cum suo descripto ut dicentur animal risibile currit. ibi animal risibile supponit per esse suppositis et per eodem in suba sic homo iteo ipsa facit locum a suba.

Sciendum quarto quod locus a descriptione est habitudo descriptionis ad descriptum que quidem habitudo est conuertibilis. Et tenet quatuor argumenta et quatuor maximas. Primo subitendo descriptio affirmatiue. Secundo predicando affirmatiue. Terco subitendo negatiue. Quarto predicando negatiue. Exempla et maxime accipiuntur sicut in loco a diffinitione solum mutando diffinitiones in descriptioes et diffinitum in descriptum. Sed locus a descriptione est habitudo descriptionis ad descriptioes. Et tenet quadrupliciter sicut precedens et eodem modo formant argumenta et maxime eius sicut in loco a diffinito.

Contra predicta arguitur primo sic si descriptio diffinitur si esset per aliam descriptionem cum non habeat diffinitionem quiddam tuam et ite illa descriptio per aliam et sic de alijs. et sic esset processus in infinitum quod est inconueniens ergo descriptio non diffinitur. **S**ecundo sic illud quod significat accidentia rei non significat esse rei. si descriptio que datur solum per accidentia tantum

significat accidentia rei ergo male dicitur quod significat esse. **T**ercio sic **Q**uoniam descriptio debet dari per accidentia sed genus et proprium ambo sunt essentialia spei quod genus est de essentia spei et proprium immediate conuenit sequitur essentia speciei. ergo nulla descriptio debet dari per genus et proprium. **Q**uarto sic homo est animal risibile. ergo homo non est lapis. est habitudo descriptionis ad descriptum et est et tamen ibi non est locus a descriptione. si a dispartis ergo per diffinitiones illorum locorum. **Q**uinto sic. **N**on sequitur animal risibile ponitur ex genere et proprio quod homo componitur ex genere et proprio et tamen est locus a descriptione ergo locus a descriptione non tenet subitendo descriptioes affirmatiue. **A**d primum quod descriptio sub illa inrecondite incomplexa diffinitur per diffinitiones descriptiuam et illa diffinitio non habet vltimum diffinitum per aliam eo quod est aliud complexum ideo non oportet procedere in infinitum in descriptione. **A**d secundum dicitur quod licet descriptio solum data per accidentia significat accidentia de suo formali significato tamen de materiali significato importat esse rei subale quod per illa accidentia explicat a posteriori et etiam supponit per substantia rei. **A**d tertium dicitur quod licet genus et proprium sunt essentialia spei in quantum respiciunt essentia eius tamen sunt dicitur accidentia in quantum genus est causa effectiva proprie. Et proprium sequitur totum esse completum spei quod etiam genus et differentia non causant ipsum proprium nisi post esse completum spei ideo genus consequitur esse spei aliquo modo ut est causa proprie. **A**d quartum dicitur licet in illo entibimemate sit habitudo descriptionis ad descriptum inter terminos animis non tamen inter terminum inferentem et illatum quod animal risibile est terminus inferens cum sit medium et lapis terminus illatus et inter illos non est habitudo descriptionis ad descriptum vltimum. **A**d quintum dicitur quod ibi non arguitur a descriptione ea parte qua uenit cum descripto. sed ea parte qua differt. **I**deo ibi mittitur fallacia accidentis.